ex omnibus partibus; has alii lepusculos uocant. eo quod ex iliendo discurrunt.

Olim autem tesserae iacula appellabantur a iaciendo

## LXVI. DE FIGURIS ALEAE.

Quidam autem aleatores sibi uidentur fisiologiae pallegoriam hanc artem exercere. & sub quadam rerum similitudinem fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria saeculi tempora presentia praeterita & futura. quia non stant sed decurrunt. sed & ipsas uias senariis locis distinctas propter aetates hominum ternariis lineis propter tempora argumentantur. Inde & tabulam ternis discriptam dicunt lineis;

## LXVII DE UOCABULIS TESSERARUM

Iactus quisque apud lusores ueteres a numero uocabatur. ut unio trio. quatrio. quinquio. senio. post ea appellatio singulorum mutata est. & unionem canem, trionem sub bum; quatrionem planum uocabant.

## LXVIII DE IACTU TESSERARUM

Iactus tesserarum ita apertus aleatoribus conponitur. ut afferat quod uoluerit. ut puta senione qui eis in actu boni affert. ut ante autem canem. quia damnosus est. unum enim significat.

## LXVIIII DE CALCULORUM MOTU.

Calculi partim ordine mouentur. partim uage. ideo alios ordinarios. alios uagos appellant. At uero qui moueri omnino non possunt. incitos dicunt. unde & egentes homines incitas uocantur. quibus species ultra procedendi nulla restat.

## LXX DE INTERIECTIONE ALEAE

Ab hac arte fraus & mendacium atque periurium numquam abest. postremo & odium & dampna rerum. unde & aliquando propter haec scelera interdicta legibus fuit.

## LXX DE PILA.

Pila propriae dicitur. quod sit pilis plena. haec & sfera a ferendo uel a feriendo dicta. de quarum genere & pondere dorcatius sic tradidit. Neu tu parce pilos uiua cis condere ceruuntia. donec erit geminam supaddita libram inter species pilarum sunt trigonaria

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0570